

#### IV. HATÁROZATLAN NÉVMÁSOK

1. Si bene quid de te merui ... / ..., miserere domus labentis et istam, / oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.
2. “Rustice, vidisti si quas hoc limite – dixit – / ire boves, fer opem, furtoque silentia deme!”
3. Ariovistus postulavit, ne quem peditem ad conloquium Caesar adduceret.
4. Caesar suis imperavit, ne quod omnino telum in hostes reicerent.
5. Ab his fit initium retinendi Sillii atque Velanii et si quos intercipere potuerunt.
6. Labienus praecipit atque interdicit, perterritis hostibus atque in fugam coniectis unum omnes petant Indutiomarum, neu quis quem alium prius vulneret, quam illum interfectum viderit.
7. Quid est igitur, dixerit quis, in iure iurando?
8. Neque utrum superavit eorum nec superatum est.
9. Si alter uter eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas impendere discordias, quas ferrum et vis iudicabit.
10. Dionysius navem Dioni trirremem dedit, qua Corinthum deveheretur, ostendens se id utriusque facere causa, ne, cum inter se timerent, alteruter alterum praeoccuparet.
11. Ex conparatione causa constat, cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, et id, quod fecerimus, satius fuisse facere.
12. Quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem? / Filius, ane aliquis magna de stirpe nepotum?
13. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor!
14. Intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquid effugerit.
15. In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo.
16. Etenim si nunc aliquid adsequi se putant, qui ostium Ponti viderunt, quod tandem spectaculum fore putamus, cum totam terram contueri licebit?
17. Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati.
18. Si tamquam inimicum et hostem insectari propositum est, pergite ut coepistis facere; sin aliquis est respectus mei ut socii atque amici regis, deprecor, ne me tanta iniuria dignum iudicetis.
19. Cum autem id facere non possem, quievi, nec abiecte nec sine aliqua dignitate casum illum temporum et dolorem tuli.
20. Nec id tamen sine aliqua iactura cohortium praetoriarum nostrarum et legionis Martiae fieri potuit.
21. Et velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos quibus Tyrannio utatur glutinatoribus.
22. Otium nobis exoptandum est, quod ii, qui potiuntur rerum, praestaturi videntur, si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint.
23. Accurrit quidam notus mihi nomine tantum.
24. Interdum obiciebatur animo metus quidam et dolor cogitanti fore aliquando finem huius lucis et amissionem omnium vitae commodorum.
25. Postremo Romani quoque milites, iam contagione quadam rapti gaudentes, excursions in hostium agros facere.
26. Pacis est comes otique socia et iam bene constitutae civitatis quasi alumna quaedam eloquentia.
27. Demetrius Domitium quendam, Caesaris hospitem comprehendit et strangulavit.
28. Cato, cum clamaret omni senatu Carthaginem delendam, adtulit quodam die in curiam praecocem ex ea provincia ficum.
29. Cum quaequam cohors ex orbe excesserat atque impetum fecerat, hostes velocissime refugiebant.
30. Germani ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quamvis pauci adire audent.
31. Si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs ... / aut quilibet, qui puriter lavit dentes, / tamen renidere usque quaque te nollem.

32. Minus habeo virium quam vestrum utervis.
33. Qui nunc it per iter tenebricosum / illuc, unde negant redire quemquam.
34. Nam si ars ita definitur, non mihi videtur ars oratoris esse ulla.
35. Interdicit omnibus, ne quemquam interficiant.
36. Illa calamitas exussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam iam audeat reprehendere consulatum meum.
37. Permoleste tuli quemquam prius audisse quam me.
38. Satis inconsiderati fuit, ne dicam audacis, rem ullam ex illis attingere.
39. De cuiusquam vita dicere audes?
40. Quamquam quid loquor? Te ut ulla res frangat, tu ut ullam fugam meditare, tu ut ullum exsiliium cogites? Utinam tibi istam mentem di immortales duint!
41. An quicquam est secundum naturam, quod fit repugnante ratione?
42. Hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat.
43. Praestitimus enim patriae plus, quam est ab animo cuiusquam postulatum.
44. Corpus patiens inediae algoris vigiliae, supra quam quoiquam credibile est.
45. Licet mihi praefari bellum maxime omnium memorabile, quae unquam gesta sint, me scripturum.
46. Si ulla mea apud te commendatio valuit, haec ut valeat rogo.
47. Enitar, ut praeter te nemo dolorem meum sentiat, si ullo modo poterit, ne tu quidem.
48. Si quisquam est timidus in magnis periculosisque rebus, is ego sum.
49. Numa Pompilius Curibus habitabat, consultissimus vir, ut in illa quisquam esse aetate poterat, omnis divini atque humani iuris.
50. Consul, dum quicquam superfuit lucis, hostem tenuit.
51. Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives.
52. Ferrei sumus, qui quicquam huic negemus.
53. Si pacem in Italia haberemus, qui vestris studiis moram ullam offerret, is mihi parum meminisse videretur vestrae libertatis.
54. Ante id tempus nemo aut miles aut eques a Caesare ad Pompeium transierat.
55. Quorum nemo nec stultior est quam L. Domitius nec inconstantior quam Ap. Claudius.
56. "Nil opus est – dixit – certamine – Romulus – ullo."
57. Ex eo tempore vir ille summus nullus imperator fuit.
58. Philotimus non modo nullus venit sed ne per litteras quidem ... certiolem facit me quid egerit.
59. Laudati pro contione omnes sunt, donatique pro merito quisque.
60. Tantum quisque laudat, quantum se posse sperat imitari.
61. Exercendae memoriae gratia quid quōque die dixerim audierim egerim, commemoro vesperi.
62. Diffugiunt Tyrii, quo quemque agit error.
63. Suum quisque igitur noscat ingenium.
64. Minime sibi quisque notus est et difficillime de se quisque sentit.
65. Ap. Claudius criminari optimates, extollere candidatorum levissimum quemque humillimumque.
66. Utinam Gaio Caesari contigisset adulescenti, ut esset senatui atque optimo cuique carissimus!
67. Tertio quōque verbo orationis suae me appellabat.
68. Quotus igitur est quisque, qui somniis pareat, qui intellegat, qui meminerit?
69. Primum igitur quidque considera, quale sit.
70. Iste litteras, ad quos solebat, misit, ut is anulus ad se primo quōque tempore adferretur.
71. Eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se clientes habet.
72. Quo quisque est sollertior et ingeniosior, hōc docet iracundius et laboriosius.

## GYAKORLÓMONDATOK

- Tehát a ligur, elől haladva, a sziklákra és ha valami gyökerek régiségük miatt kiálltak, hurkokat kötött.
- Igen sokszor megtörténik, hogy azok, akik valami jó hírt akarnak hozni, valamit hozzáköltenek, hogy ezáltal azt, amit hírüladnak, örvedetesebbé tegyék.
- Nem olyasmit tenne tehát – mondhatná valaki –, ami hasznos, ami előmozdít?
- Hogyha valamelyikben vétkesnek kellene lennem, jobb szeretnék túl félősnek, mint nem elég óvatosnak tűnni.
- Lehetséges, hogy van valami érzékelhetősége a halálnak, de az is csak rövid ideig.
- Az év végén volt némi béke, de az is zaklatott volt az atyák és a nép vetélkedésétől.
- Amikor a táblákat a kezünkben tartottuk, hirtelen effajta törléseket pillantottunk meg, mint valami friss sebeket a táblákon.
- Ez az egész olyan, C. Aquilius, hogy bárki átláthatja: ebben az ügyben a galádság és népszerűség küzd az ínséggel és igazsággal.
- Most aggaszt, hogy bármi is kellemes számodra nélkülüm.
- Vagy nem volt bölcs senki, amit egyébként inkább elhiszek, vagy ha valaki, akkor ő.
- Egyáltalán nem ijeszt meg a végzet rendelése.
- Ki-ki ahogy állt, úgy fekszik, és megtartja a sort.
- Előadja, hogy melyik fáradalmat hogyan kerülje vagy viselje el.
- Mindenki maga ismeri magát a legkevésbé, és mindenki magáról alkot véleményt a legnehezebben.
- Ő tanított meg mindenkit a maga párjával összekapcsolódni.
- Az eldöntetlen csata sokakat elemészt mindkét oldalon, még hozzá épp a legbátrabbakat.
- Most alig jutok oda minden tizedik nap.
- Hány olyan ember van, aki tagadja, hogy a gyönyör jó dolog?
- Vedd tehát fontolóra sorjában mindegyiket, hogy milyen.
- Aki a leginkább fel van szerelve erénnyel és bölcsességgel, az tűnik ki a leginkább a barátságok ápolásában.
- Minél nagyobb valaki, annál engesztelhetőbb haragú.